

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Samuelis De Cocceji, Henr. Fil. Sacræ Regiæ Majestatis
Borussicæ Magni Cancellarii, A Consiliis Sanctioribus
Status Et Rei Bellicæ, Ordinis Nigræ Aquilæ Equitis Etc.
Jus Civile Controversum Ubi ...**

Opus Ad Illustrationem Compendii Lauterbachiani ...

Cocceji, Samuel von

Lipsiæ, 1766

LIB. XI. TIT. IV. De Fugitivis.

urn:nbn:de:gbv:45:1-9044

Qv. III. *An femina inhonesta a vicinis e vicinia expelli possit?*

AFFIRM. Si domus sit conducta; *arg. Nov. 14. §. 1. per tot. ibique Laut. pag. Goth. lit. C. Papon. de arrest. 22. arrest. 9. & 14. Unde & usua-* 158. verb.
ria, si meretrix sit, expelli potest. *l. 7. ff. Us. & Hab. At aliud est, Inhone-*
si domus ei sit propria, *arg. l. 18. In jus voc. nisi omnibus scandalo* *stae femi-*
sit; tunc enim non tantum e domo, sed & e civitate expelli potest. *nae.*
arg. d. Nov. 14. Conf. Thestur. lib. 1. q. 33.

Qv. IV. *An hodie adhuc sit hujus tituli usus?*

AFFIRM. Quoad utilem actionem, atque hinc ob famulorum, liberorum, uxoris &c. mores corruptos actio hæc utilis hodieque dabitur. *Dn. Stryk. U. M. h. §. 1. 2. 3. & seq.*

LIB. XI. TIT. IV.

DE

FUGITIVIS.

Qv. I. *An famulis discedentibus debeatur merces ratione praeteriti temporis?*

AFFIRM. Operarum enim usus singulis momentis percipitur, *Laut. pag. 158. verb.*
adeoque quia pro rata operas præstiterunt, pro rata quoque merces ei debetur. *arg. l. 15. §. 7. Loc. cond. At dominus deducit quanti*
sua interest famulum, ante locationis tempus elapsum, non recessit. *Nec famuli ante*
se; *arg. d. l. 15. quia hactenus operas non præstitit, indeque nec operarum mercedem petere potest. Laut. h. t. &c.*

An vero iudex præmaturum discessum punire possit, valde dubito, vide *Laut. h. t.* nam in jure, nullibi poena publica ob contractum locationis non servatum constituta est.

LIB.



ALEATORIBUS.

Qv. I. *An repetitio pecuniae ludo perditae laedat verecundiam apud honestos viros?*

Laut. pag. 159. verb. Quae tamen repetitio verecundiam etc.

NEG. Nam qui utitur beneficio juris, legisque remedio, non turpiter agit, neque iudicium collulorum hic curamus, sed gravium virorum, qui sane non improbabunt actionem, qua tranquillitati reipublicae consulitur, & luxuria coercetur. Unde hodieque huiusmodi repetitionem obtinere omnino puto. vid. *Dn. Stryk. U. M. h. §. 6. (1)* per text. expr. in *l. 1. C. l. f. C. Aleat.* qui nullibi in iure mutati apparent. Idque (2) in primis verum est, si ludens non habeat liberam rerum administrationem. *Laut. p. 160.* Vel (3) si victor repetentem ad ludendum sollicitaverit. *Carpz. Grænwæg. etc. apud Laut. d. l.* Vel (4) fraus intervenerit. *Laut. d. l.* Item si (5) vestes perdidit, vel magnum familiae dispendium concurrat. *Brunn. in Parat. Wes. h. q. 4. Brunn. ff. ad l. 1. n. 10. h. t. etc.*

OBJ. Quod in pari turpitudine melior sit conditio possidentis: *l. 3. Cond. ob turp.*

RESP. Vera hæc est regula, nisi alter certet de mero lucro captando, & alter de damno vitando, uti hic, vel nisi lex aliter disponat.

Qv. II. *An mutuanti ad lusum detur pecuniae repetitio?*

Laut. pag. 159. verb. tertius repetit creditum.

AFFIRM. *L. 8. pro Emt. l. 3. de in rem vers. l. 11. §. 6. Min. l. 12. §. 11. Mand.* ubi ei qui scit accipientem scorto daturum, aut alias perditurum, actio datur; sufficit enim in ejus negotium datum esse, licet ipse male utatur. *Conf. l. 2. §. 1. Quar. rer. act. non dat.*

OBJ. (1) *L. 12. §. 11. Mand.* ubi ei, qui sciens perdituro creditur pecuniam, actio non datur.

RESP. Loquitur de adolescente & minore, hic enim illecebris eo perductus videtur.

OBJ. (2) Usucapionem non valere. *d. l. 8.*

RESP.

